

Perio-
dus I.
V. T.
art. I.



HISTORIÆ EC- CLESIASTICÆ PLE- NIOR DEDUCTIO.

Perio-
dus V.
T. pri-
ma,
Artic.
I.
Theo-
logia
vera
quæ?

POST QUAM Homo ad Dei ima-
ginem conditus descivit á Crea-
tore suo, & primigeniâ suâ con-
ditione excidit, non prorsus ex-
tinctâ fuit lux cognitionis Dei:
sed remanserunt in mente ipsius quædam
de rebus divinis, deque honesto ac turpi
notitiæ, tanquam testimonia certissima
Deitatis, & cultus Deo perpetuò debiti.
Eas, ceu Legis suæ particulas Deus confir-
mavit & auxit novâ patefactione, ne quam
officii sui partem deinceps ignoraret. Et
quia ne sic quidem Homini lapso & per-
dito satis consultum erat, immensâ boni-
tate addidit illustrem *promissionem de Se-
mine mulieris*, ex Muliere suo tempore nas-
citure, contrituro caput Serpentis, & ho-
minem à peccato & morte gratiosè vindi-
caturo. Denique ut evidentior & certior
hujusce promissionis fides esset, adjecit
insuper *Victimas & Sacrificia* statis diebus
offerenda, tanquam vivas imagines futuri
sacrificii Seminis illius promissi & benefi-
ciorum ejusdem merito & efficaciam homi-
ni peccatori acquirendorum & conferen-
dorum. Hæc est Summa primæ illius
Theo